Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Eberhard Deichmann Johannes Löwe

# Disputatio Iuridica De Sponsalibus Et Nuptiis,

Rostochi[i]: Pedanus, 1618

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749374632

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts
Bibliothek
Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn749374632/phys_0001
DFG

Kk — 2 (124.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn749374632/phys_0002
DFG

1. Dickmann de rerum divisione.
2. Dickmann de sponsalibus et nuptiis
3. Dickmann de successione legitima.
4. Dickmann de testamentis.
5. a Diesseldorf de adulterio lege divina et humana coercendo
6. a Diesseldorf de eo quod justum est circa asyla.
7. Deckherr de jure aperturae. Öffnungs Recht.
8. Hemmerich de tutela puditia tam in jure Romano quam Germanico fundata ejusque in foris usu.
9. Decher ad L. 38. de minor. de praescriptione conventionali et minore adversus eam a principe restituto.
10. Deckherr de piscatione
11. Dückert. de momentaria possessione et lite vindiciarum.
12a Hartmann de deposito irregulari.
12b Koenig de jure consuetudinario.
13. Koenig de officio mariti erga suam uxorem.
14 Koenig. Testamentum judici extra judicium oblatum, si loco actuarii Notarius substitutus sit, jure Saxonico effectu suo destituitur
15. Koerel de servitutibus realibus.
16. Knoblauch de Zittaviensi communione bonorum inter conjuges.
17. Kirchmaier Latinitas legalis praeter meritum suspecta ex π. eruta.
18. Kitzel de foro competente.
19. Kirchmaier de foenore unciario, generatim de usuraria pravitate.
20. Klengel de contractibus consensualibus.
21. Kleppenbein de mutationum in rebus publicis causis et remediis.
22. Mencius de foro rei sitae etiam ad res mobiles quasvis pertinente.
23. Mencius de pretio juris Justinianei sacri.
24. Triggelaer de injuriis coercendis.
25 Kirchain de exceptionibus.
26. Kühlewein de jure monetarum.
27. Kremberger de collatione bonorum.
28. Kremberger. de testamentis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749374632/phys_0003
DFG

29. Kraus de ſucceſſione liberorum ex concubina procreatorum.
30. Kraus de patre ex facto filii obligato.
31. Kraus de patria poteſtate
32. Kraus de liberis ex matrimonio inter ſponſum ſtupratam-
que ab alio, inito, natis.
33. Kraus de fratre unilaterali defuncti materteram jure Sa-
xonico communi a ſucceſſione excludente.
34. Kraus de eo quod juſtum est circa poenam furti.
35. Kraus de eo quod juſtum eſt circa perſuaſiones intuitu ſpon-
ſaliorum.
36. Kraus de eo quod juſtum eſt circa teſtes in poſſeſſorio ſumma-
riiſſimo.
37. Kraus de eo quod juſtum eſt circa probationem per teſtes
domeſticos.
38. Schröter de universitate herede.
39. Schröter de eo quod circa facta universitatum licita juſtum
eſt.
40. Heimburg an is, qui jure praelationis quoad ſortem in concurſu
eſt muniitus, eodem quoque gaudeat ratione uſurarum?
41. Heimburg de fisco res debitorum fiscalium jure creditoris
diſtrahente.
42. Heimburg de condictione mulieri intercedenti competente.
43. Welsen de teſtamentis.
44. Werner de dolo malo.
45. Werner de teſtamentis.
46. Wernher de beneficio ordinis ſeu excuſſionis poſſeſſori extra-
neo contra creditorem, ſive ex generali ſive ex ſpeciali hypo-
theca agat, competente.
47. Wernher de actione pigneratitia directa utrum utiliter ad-
verſus tertium poſſeſſorem locum inveniat?
48. Wernher de obligatione alteri per alterum quaerenda.
49. Wernher utrum princeps imperii privato, mutuum repetenti, ex-
ceptionem illiciti foenoris et uſurariae pravitatis recte objiciat?
50. Werner de dignitatibus.
51. Werner de rationibus.
52. Werlhoff de examine teſtium extraordinario in perpetuam rei me-
moriam.
53. Werlhoff de judicio admiralitatis Hamburgenſis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749374632/phys_0004
DFG

# Diſputatio Juridica
## DE
# SPONSALIBUS
## ET NUPTIIS,

*Quam*

DUCE ET AUSPICE JEHOVA,

*Autoritate & Indultu Nobiliſs. & Ampliſs. Jureconſul.* [redacted] *illuſtri & florentiſſima Roſarum Academia*

SUB PRÆSIDIO

EVERHARDI DICKMANNI

Oſnabr. Weſtphali.

*Examinandam exhibet*

JOHANNES LEO Rugenwaldo Pom.

*Ad diem 26. Auguſti.*

ROSTOCHI
*Typis exſcripſit Joachimus Pedanus,*
ANNO CIϽ IϽ CXIIX.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749374632/phys_0005
DFG

THESIS I.

NUptiarum ſeu Matrimonij præparatoria & aditus cum ſint ſponſalia, (a) ideò ad illius materiam antequam deſcendamus, de hiſce paucisſima præmittemus. (b) Definiuntur ſponſalia (c) mentio (d) & repromisſio futurarum nuptiarum. (e) Diſtinctionem Canoniſtarum inter ſponſalia de præſenti & de futuro non agnoſcimus, (f) ſed ut principijs juris, (g) immò ipſis canonibus contrariam, rejicimus. (h) Sponſalia contrahere poſſunt, qui & nuptias: (i) ne tamen perſonæ contrahentes, quam ſeptem annis minores ſint. (k) Et non tantum à præſentibus & coram, ſed etiam abſentibus, per nuncios, procuratores, per epiſtolas vel literas (l) ſive principales perſonæ ſint puberes ſive impuberes, contrahuntur. Concipi etiam poſſunt aut purè (m) aut in diem aut ſub conditione, (n) eaq; neceſſaria (o) vel honeſta (p) &c. Interdum etiam ijsdem interveniunt Juramentum & arrha, (q) ſive ſit aurum, annulus vel aliud quoddam munus. (r) Sponſalia legitimè contracta, varijs modis diſſolvuntur; aut enim propter fornicationem (ſ) aut lepram, (t) vel ſi una pars aufugiat (u) vel diverſam religionem colere incipiat, (x) vel ſponſa violentum ſtuprum patiatur, (y) nec non contraria utriusq; partis diſſenſione, neq; ullo modo quam hoc, rectius. (z).

(a) *Mozz. de nupt. c. 1. n. 6. VVeſ. in paratitl. h. n. 4. in fin. Vult ad pr. J. h. t. n. 9. & J. R. c. 18.* (b) *arg. l. 1. de O. J.* (c) à ritu nimirum illo antiquo ſtipulandi & promittendi conjugem, dicta: *l. 2. h. t.* undè ſponſi ſponſæq; appellatio. *l. 3. d. tit. & ibi VVeſ. in parat. n. 2.* Hodiè verò ſolo conſenſu &

 quavis

quavis honeſta conventione, ad matrimonium directa, ineuntur. *Vult. ad pr. J. h. t. n. 18. & J. R. c. 18. n. 5.* (d) rectius hîc mentio quam mutua legitur, propter JCti mentem in *l. 1. h. t. Cypræ. c. 3. de ſponſal. n. 1.* (e) *d. l. 1. h. t. c. noſtrates. 30 q. 5.* & hinc non niſi per verba initium contractus reſpicientia, ſive per conſenſum de futuro, contrahuntur: *c. pen. X. de ſponſ.* & inter hæc & nuptias jure certum tempus definitum non eſt, *Treutl. diſp. 6. vol. 2. th. 1. lit. c.* pronunciationes tamen harum publicæ in Eccleſia, per vices quæ fieri ſolent, adverſus clandeſtina matrimonia & ſponſalia, rectè ſervantur. *c. 3. de Cland. Sponſ. Beuſt. de jur. Conub. p. 2. in præf. Treutl. alleg. loc.* (f) *Cypræ. d. l. c. 4. §. 4. Treutl. d. diſp. 6. th. 1. lit. d.* (g) *arg. l. 1. h. t. l. ſi uxor 13. §. 3. ad l. Jul. de adult.* hæc namq; matrimonij ſunt ſpes *l. 13. §. 3 d. t.* illa verò omnem effectum nuptiarum ſortiuntur, ſi reliqua requiſita adſint, *arg. l. 30. de R. J. & ibi Dec. Dn. Cothm. 2. conſ. 78. n. 125.* ſed quod nondum conſummatum ſit corporum conjunctione. *Beuſt. de ſponſal. c. 7. & 8. D. Luther. in lib. ſuo* von Eheſachen. (h) *c. licet. 3. c. tuis dudum. fin. de ſponſ. duor. Rober. diſp. 2. theſ. 3.* (i) *l. oratio. 16. h. t.* non tamen econtrà. *VVeſ. in parat. h. t. in 4. Mozz. c. qui poſſ. contrah. ſponſ. fol. (mihi) 734. Sibard. ad rubr. C. h. t. n. 15.* (k) *d. l. 14. h. t.* idq; ob defectum conſenſus introductum eſt: *d. l. 14. arg. c. 25. x. h. t.* tantum enim ea ætas à conſenſu, qui ex judicio pendet, abeſt, ut quicquid videat, ignorare dicatur. *l. 1. C. de fals. monet. l. ſi infanti C. de jur. delib. Fach. 3. controverſ. c. 26.* (l) *l. 18. h. t.* idq; quotidiè fieri videmus. *d. l. 4. h. t. Goed. in lex. ſuo. verb. ſponſalia in fin. fol. 106.* (m) *c. 2. x de ſponſ.* (n) *c. ſicut, ibi. certum terminum x. d. tit. tot. tit. x. de condit. appoſ.* (o) i. e. certò extitura *arg. §. 6. J. de V. O.* (p) veluti ſi pater conſenſerit, ducam te *c. ſuper eo & ſeq. x. de cond. appoſ.* (q) *c. de illis. x. de ſponſ.* arrha de jure civili à ſponſo tantum datur. *Cujac. 4. obſ. 26.* experientia tamen teſtitur conſuetudinem obtinuiſſe, quod etiam à ſponſa ſponſo detur. *Conn. 7. comm. c. 2. in fin.* (r) *l. 36. §. fin. de donat. int. vir. & Uxor. arg. l. 11. §. 6. de act. empt.* (ſ) maximè, ſi à ſponſo vel ſponſa cum cognatis eorum ſit commiſſa *c. venienſ. x. de eo qui cog. conſanguin. uxor. ſu.* (t) *c. fin. x. d. conjug. leproſ. c. quemadmodum. in fin. pr. x. de jurejur.* (u) *c. de illiſ. x. h. t.* (x) *l. ſi legib. C. de Epiſc. audient.* (y) *d. c. quemadmodum 24. & ibi Connan. de jurejur. Mozz. de ſponſ. n. 7. VVeſ. in paratit. h. n. 7.* (z) *l. filiofam. 13. h. t. l. viduæ C. de nup. arg. l. utrum § pen. pro ſoc. VVeſ. alleg. loc. Lag. method. jur. civ. p. 3. n. 23. Alth. 1. J. R. c. 39.* De Clandeſtinis ſponſalibus *vid. Schneid. ad h. t. Inſt. p. 1. à n. 21. ad n. 32.*

## *Hinc quæritur.*

1. Utrum ſponſalia de futuro, ſi copula carnalis ſubſequatur, in verum matrimonium tranſeant? *Aff. c. cum venienſ. de ſponſ. c. qui fidem. eod. arg. l. 51.*

in pr.

*in pr. pro ſoc. l. 51. de donat. int. vir. & Uxor. Covar in Epitom. de ſponſal. p. 1. c. 4. n. 1. Alth. J. R. c. 39. Treutl. d. diſp. 6. th. 1. lit. d.*

2. An ſponſalia cum corrupta per errorem contracta, per ſubſequens matrimonium ſponſus conſummare teneatur? *Neg. arg. l. ſimulatæ 30. de rit. nupt. l. ſi per errorem 15. de juriſd. l. 30. de R. J. Nov. Leon. 93. arg. l. ex empto. n. 5. ſi quis virginem, de act. empt. D. Luth. in d. lib.* von Eheſachen *Beuſt. de matrim. p. 2. q. 34. Cypræ. c. 13. §. 40.*

3. Cum ſponſa alterius num adulterium committatur? *Aff. l. 13. §. divi ad L. Jul. de adult. l. propter. 7. C. ad L. Jul. de adult. Fab. 3. conject. 6. vid. Heig. p. 1. q. 28. Matth. Steph. cent. 4. q. 91. lit. 6. Bronch. centur. 4. aſſ. 81.*

4. Numquid quis fratris ſui prædefuncti ſponſam, uxorem ducere poſſit? *Neg. arg. l. 5. C. de inceſt. nupt. c. ad audiendam. & c. ſponſam de ſponſalibus. arg. l. ſemper. 197. de R. J. Beuſt. de matrim. c. 54. Covarruv. in Epit. p. 2. c. 6. §. 2. n. 1.*

5. Utrum is qui ex duobus impuberibus, qui ſponſalia contraxerunt, prius ad perfectam ætatem pervenerit, teneatur alium expectare, qui adhuc eſt impubes? *Neg. Abb. in c. de illis. de deſponſat. impub. Covarr. in Epit. p. 1. c. 5. §. 1. n. 1. Leopold. Hackelm. illuſtr. quæſt. 14. th. 4. lit. d.*

6. An ſponſus matrimonio nondum conſummato, debeat lucrari dimidiam partem dotis vigore ſtatuti; quod uxore mortua ſine liberis ipſi hanc attribuit? *Aff. arg. l. 50. de R. J. c. 1. & aliis ſub. illo tit. de ſponſal. Gail. 2. obſ. 80. n. 3. & ſeqq. Diſſ. Saliic. in l. cum in te. 6. C. de donat. ind. vir. & uxor.*

7. Sponſalibus non ſervatis, ſed diſſenſu alterutrius diſſolutis, num actio ad intereſſe competat? *Aff. ſub. diſtinct. arg. l. ſi pecuniam. in pr. de condict. ob cauſam. Salic. & Sichard ad l. 1. C. h. t.*

## THESIS II.

Nuptiæ (*a*) ſive matrimonium (*b*) ſunt legitima viri & mulieris (*c*) conjunctio, (*d*) individuam vitæ conſuetudinem continens. (*e*) Contrahunt juſtas nuptias cives Romani, qui ſecundum præcepta legum coeunt, maſculi puberes, fœminæ viripotentes: (*f*) ſive patresfamiliarum ſint, ſive filii familiarum. (*g*) Requiritur autem ut conſenſus interveniat omnium liber, (*h*) h. eſt, & contrahentium & parentum, quorum in poteſtate ſunt: (*i*) nam hoc fieri debere & civilis & naturalis ratio ſuadet: (*k*) in tantum ut juſſus parentis præ-

cedere debeat. (*l*) Non tamen ſimiliter agnatorum, tutorum & curatorum conſenſus (*m*) uti nec matris, vivo vel mortuo patre, de jure civili exigitur. (*n*)

(a) à nuptu, id eſt, opertione vel velamento dictæ. *VVeſ. in paratit. h. t. n. 1.* (b) à matræ, non quod jam eſſet, ſed quod fore ſperaretur. *Vult. 1. J. R. c. 19. n. 2. in marg.* (c) hæc verba non ſine ratione ſingulari numero ſunt concepta. *Conf.* Reichs abſcid zu Außpruch *à carol. V. Anno 1548.* aufgerichtet / *tit.* vom Sacrament der Ehe *princ. §. 1. 2 3. & ſeqq.* (d) animorum principaliter, *arg. l. 30. de R. J Dn. Lindem. præceptor meus honorandus Exerc. Juſtin 1. tit. 9. th. 2.* in conſequentiam etiam corporum. (e) *§. 1. J. de pat poteſt l. 1. de rit. nupt. l 1. §. jus naturale de J. & J. §. 1. J. de J. N. G. & C.* (f) ſic ætatem contrahentium oportet eſſe legetimam, quæ jure cvili in maſculis 14. in fœminis *12.* annis definitur *in pr. J. quib. mod. tutela fin. l. f. C. quand. tut. vel cur. eſſe. deſ.* Si tamen urgentiſsima cauſa matrimonium deſideret, haud immerito ab hac regula diſceditur. *c. 2. de deſponſ. impub.* (g) *pr. Inſt. h. tit.* (h) *l 14. C. de nupt* hinc *Ariſtot.* omne neceſſarium triſte dicit, quod fiat cum anguſtia animi, & exinde malus ſequatur exitus. (i) *in pr. J. h. l. 7. §. 1. de ſponſ. l. un. §. 1. in fin. C. de rapt* ſive ſit tacitus ſive expreſſus *Vult. 1. J. R c. 18. n. 92.* (k) *d. pr. J. h. t. l. 2. de J. & J.* immò etiam jus divinum *Gen. 24. & 29. Tob 7. Jud. 21. Matth. 15. 1. cor. 7. Coloſſ. 3. Dn. Cothm. conſ. 1. n. 5. & ſeqq.* Idem etiam de jure canonico adſtruimus. *c. aliter. 30 q. 5. c. honorantur. 32. q. ead. Coraſ. in miſcell. c. 13. Donell 13. comm. c. 20. Heig. ad pr. h. t. n. 17. & 18. Dn. Cothm. 1. Conſ. 1. n 152.* (l) *d. pr. J. h. t. l. 11. de ſtat. hom. Arum. diſp. 2. J. th. 10 Borch. ad d. pr. J. h. t.* (m) *l. 8. C. h. tit. l. 20. de rit. nupt.* (n) *§. fœminæ Inſt de adopt l. 2. h. t.* niſi de honeſtate, intellige in nuptijs filij: in filiæ vero aliud dicimus. *l. 1. l. 18. & 20. C. h. t.* At jus divinum hoc corrigit, & ad neceſsitatem reducit. *4. decalog. præcept. Tob 4.* Sin verò mater, propinqui & curatores inter ſe convenire nequeant, judicis arbitrium neceſſarium erit. *d. l. 1. 18. & 20. C. h. t. Don. 13. com. c. 20 Schneid. p. 2. n. 39.*

## *Hinc quæritur.*

1. Utrum πολυγαμία cum primæva Jehovæ inſtitutione pugnet, neq; hodiè ferenda, ſed ultore ferro punienda ſit? *Aff. Gen. 2. Matth. 19. l. 2. C. de inceſt nupt. l. eum qui duas C. ad L. Jul. de adult. Carol. V.* P. H. *O. art. 121. Conſtit. Saxon. Auguſti Elect. 4. conſt. 20. & ibi Moller. Tholoſ. 9. ſyntagm. c. 2. n. 10 & ſeqq.*

2. Anne matrimonium abſq; conſenſu parentum initum, & copula carnali conſummatum, ob diſſenſum paternum reſsindi poſsit & debeat? *Aff. §.*

pen.

*pen. J. h. t. Duar. ad tit. ſolut. matrim. Alth. 1. J. R. c. 38. Connan. 8. comm. 4. Oldendorp. Claſ. 4. act. 26. Betz. de repud. pag. 211. Dn. Cothm. 1. Conſ. 1. n. 298 & ſeqq.* Non attenta *d. Caroli V. Conſtit.* quæ (Interim) appellatur *Anno 1548. in Auguſtanis comitijs promulgatâ tit.* vom Sacrament der Ehe ſ. darumb.

3. Sin autem non reſcindantur nuptiæ, liberi an à parentibus ex heredari poſsint? *Si poſt annum 25. indignis ſe junxerint, Affirm. Nov. 115. c. 3. verſ. ſi alicui. Gail. 2. obs. 95. n. 17. Heig. ad pr. Inſt. de nupt. n. 29. & 30. Obrecht. de patrim. mulier. diſp. th. 81. & ſeqq. Aurum. diſp. 2. Exer. Inſt. 11. lit. b.*

4. Num juſſus parentum adeò præcedere debeat, ut ratihabitio non ſufficiat, quo liberi ante nati legitimi fiant? *Affirm. per. princ. J. h. t. arg. l. eos qui 65. h. t. l. ſi uxor. 13. §. ſi quiſ. 6. ad L. Jul. de Adult. Cujac. 3. ob. 5. Hottom. illuſtr. q. 9. Beuſt. tract. de matrim. p. 2. c. 46. Vult. 1. J. R. c. 18 n. 91. Dn. præceptor Lindemannus d. Exerc. Juſtin. tit. 10. th. 4.*

5. Numquid is qui imprægnatam ab alio duxit, comperto poſtea errore, eam ut retineat compelli poſsit? *Neg. d. pr. Inſt. Deut. 22. ver. 14. Matth. 6. ver. 32. & c. 19. verſ. 19 Schneid. ad. h. tit. p. 4. n. 16. & ſeqq. Reuſn. 1. conſ. 54. n. 78. & ſeqq. Aurum. d. Exerc. 2. th. 150.*

6. Deductio in domum mariti, utrum ad ſubſtantiam nuptiarum ita ſpectet, ut ea omiſsâ, illegitimæ ſint? *Neg. l. pen. in pr. de donat. int. vir. & uxor. l. 22. C. h. t. Nov. 22. c. 3. Dn. Cothm. diſp. 5. cor. 1.*

7. Benedictio ſacerdotalis, quæ fit coram facie fidelium, an ſit omnino neceſſaria ad matrimonium? *Aff. c. aliter. 30. q. 5. Leo Nov. 89. VVeſ. in par. h. t. 5. Hottom. illuſt. quæſt. 14. th. 6. lit. 1.*

## THESIS. III.

Prohibentur autem nuptiæ propter perſonarum inter ſe neceſsitudinem, quæ vel ſanguine, vel ex nuptijs provenit. Illa cognatio, hæc affinitas dicitur. (*a*) Cognatio diſtinguitur lineis, lineæ verò gradibus. (*b*). Eſt autem linea aut recta vel obliqua ſeu tranſverſa. (*c*). Illa continet aſcendentes & deſcendentes, (d) hæc à ſtipite ad duo latera ſeſe diffundit, & ſic inter collaterales eſt. (*e*). Tranſverſa linea rurſus eſt æqualis vel inæqualis. Aequalis eſt earum perſonarum, quæ ijsdem gradibus à communi ſtipite diſtant. Inæqualis eſt eorum, qui non æqualiter à Communi ſtipite diſtant, ſed eorum, de quorum cognatione quæritur, unus commu-

ni ſti-

ni ſtipiti proprior eſt, alter remotior. Gradus eſt de proximo in proximum tranſitus. *(f)* Quævis igitur generatio gradum adjicit jure civili. *(g)*. In linea recta, conjugium infinitæ eſt prohibitionis. *(h)*. Quod etiam in adoptivis, vinculo civili ſoluto, verum eſt. *(i)*. In linea obliqua ſeu tranſverſa inter eos qui ſibi invicem ſunt loco parentum & liberorum, ſocietas conjugalis eſt prohibita. *(k)*. Inter cæteros Tranſverſales ad tertium usq; gradum de jure Canonico prohibitio incluſivè locum habet. *(l)*.

(a): *§. 1. 2. & ſeqq. h. t. Vult. J. R. c. 18. n. 8. in fin.* (b) *l. 9 l. 10. de grad. & affin. Vult. d. loc. n. 47. & ſeqq.* (c) *l. 1. in pr. de grad.* (d) *§. 1. J. de grad. cogn. d. l. 1. in pr. eod.* (e) *d. §. 1. & ſeqq. Inſt. h. & d. l. 1. l. 9. l. 10. de grad. & affin. Nov. 218. l. 4. de in jud. voc.* (f) dicti ſunt gradus à ſimilitudine ſcalarum locorumve proclivium, quos ita ingredimur ut à proximo in proximum, id eſt, in eum, qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus. *d. l. 10. §. 10. de grad.* (g) Hinc illa vulgata: tot ſunt gradus, quod perſonæ, dempto ſtipite, *Schneid. ad tit. de nupt. de arb. civili. Vult. d. c. 18. n. 64. Elias Rober. diſp. 2. ad Inſt. Coron. 1.* vel, Tot ſunt gradus, quod generationes. (h) *§. 1. J. de nupt. l. 53. l. 55. l fin. h. t. Lev. 18. verſ. 67.* idq; propter reverentiam naturalem parentibus debitam & ſanguinis confuſionem inceſtam. *Tiraq. de ll. connub. n. 4. l. fin. de rit. nupt.* Quod & adeò verum eſt, ut dicatur, ſi Adam protoplaſtus hodiè viveret, uxorem reperire non poſſet. *Schneid. de arb. canon. n. 4.* (i) *§. 1. verſ. hæc adeò. Inſt. h. t. l. 55. eod. l. 23. in fin. de adopt & ibi Fab. in ſuis rational.* (k) veluti inter patruum & nepotem ex fratre, inter avunculum & neptem ex ſorore, inter amitam & neptem ex fratre &c. *§. fratris. 3. & ibi Dd J. h. §. item amitam. J. eod. l. fin. C. ſi nupt. ex reſcripto pet. Borch. de grad. c. 8.* (l) *§. 4. Inſt. h. t. l. 17. l. fin. de inceſt. nupt. l. 19. de rit. nupt. Lev. 18. verſ. 9. conn. 8. comm. c. 5.*

## *Hinc quæritur.*

1. An canonica graduum computatio, & in ijs prohibitio, civili ſit præferenda? *Affirmativam in matrimonijs, non etiam ſucceßionibus, recipiendam putamus. Mynſ. Borch. & Dd. comm. in §. 4. h. t. Schneid. Sub arb. canon. n. 1. VVeſ. in par. de grad. Gail. 2. obſ. 141. n. 5. Dn. Lindem. d. Exer. Juſtin. 1. tit. 10. th. 8.*

2. Utrum jus Canonicum & civile inter parentes & filios ſpirituales, matrimonium prohibens, in reformatis Eccleſijs ſit ſervandum? *Neg. Philip. Melanch.*

*lanb. in loc. Com. de conjug. & in eth. c. 4. de arbor. Conſanguin. Schneid. ad h. t. p. 3. n. 14. Conr. Lag. in meth. jur. Civ. tit. de nupt. n. 27. fol. ( mihi ) 383. & 384. Cypræ. in d. tract. lib. 2. c. 6 §. 4.*

3. Numquid duorum fratrum vel ſororum aut fratris ſororisq́; liberi, matrimonio conjungi poſsint? *Aff. de jure civili. §. duorum 4. J. h. t. l. celebrandis. 19. C. h. t. l. 3. eod. l. 2. C. de inſtit. & Subſt. l. Lucius Titius. 78. §. filiam. 8. ad SCt. Trebell. VVeſ. & alij in d. §. 4. Cypræ. d. c. 6. §. 1. n. 19. & ſeq. Dn. Cothm. conſ. 69. n. 12. & ſeq. Dn. Lindeman. Exerc. Juſtin. 1. tit. 10. th. 10.*

4. Cum autem in plerisq́; locis hæ nuptiæ, legibus ſpecialibus Magiſtratuum, interdicantur: num illarum violatores de inceſtu, pœnâ capitali, vel arbitraria ſint puniendi? *Poſt. Aff. propt. text. in q. præced. alleg. Gen. 28. & 29. verſ. 10. 17. 18. 19. 21. & 28. Melanch. in tract. de arb. Conſang. & affin.*

5. Utrum Jure Canonico matrimonium tam inter ſobrinos, quam conſobrinos legitimum habeatur? *Neg. c. pen. de conſanguin.*

## Thesis. IV.

Affinitatis quoq́; veneratione, licet ejus gradus propriè nulli ſint, (*a*) à quarundam tamen nuptijs abſtinendum eſt: qui enim ſibi invicem parentum & liberorum loco ſunt, veluti, Socer, Socrus, Vitricus, Noverca, Gener, Nurus, Privignus, Privigna, Levir, Glos: quibus adduntur Fratria & Sororius, propter carnis unitatem inter ſe matrimonio copulari nefas eſt. (*b*) Si adverſus ea quæ diximus, aliqui cojerint: nec vir nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. (*c*) Sunt & aliæ prohibitarum, & inprimis inceſtarum nuptiarum poenæ, eæq́; variæ: (*d*) item alia impedimenta nuptiarum, tam animi quam corporis. Hinc furioſus (*e*) caſtratus (*f*) conjugalem ſocietatem inire nequeunt. (*g*) Matrimonium conſummatum ſolvitur morte naturali (*h*) non civili (*i*) alterius conjugis adulterio, (*k*) malitioſa deſertione, (*l*) & alijs modis, (*m*) quibus Judicis autoritas & cognitio ut interveniat, omninò neceſſum eſt, (*n*)

 (a) *l. 4.*

(a) *l. 4. §. 5. de grad.* (b) *affinitatis 6. §. ſocrum 7. & ibi Dd. J. h. t. l. fin. §. fin. de condict. ſin. Cauſ. l. 14. § fin. l. 4. §. 3. & 4. h. t. l. 17. C. eod. d. l. 4. §. 6. & ſeq. de grad.* qui autem neq; hoc, neq; fratrum ac ſororum numero ſunt, affinitate tamen conjuncti, jure civili contrahere non vetantur. *Dd. comm. in d. §. affinitatis. & §. ſeq. J. h. Donell. 13. comm. 19. Cypræ. lib. 2. c. 6. §. 7. in pr.* reſpectu tamen honeſtatis nonnullæ perſonæ, inter quas vera affinitas non eſt, à nuptijs rectè abſtinent. *§. ſi uxor. 9. & ibi Dd. comm. J. h. t. l. 17. §. 1. 2. l. 14. §. 2. §. fin. eod. c. literas x. de deſponſ. impub.* (c) *§. ſi adverſus. 12. J. h. t. l. 4. l. ſi quis 6. C. de inceſt. nupt. l. 5. C. de leg.* (d) de quibus agitur in *d. §. 12. Inſt. Caroli V.* P. H. O. *art. 117. d. l. 4. & l. ſi quis. 6. junct. Authent. ſeq. C. de inceſt. nupt.* (e) *l. 8. de ſponſ. l. 16. h. t.* (f) *arg. l. ſi ſerva. 39. §. ult. de jur. dot.* (g) & quædam aliæ perſonæ. *de quib. vid. J. R. Vult. c. 18. Treutl. d. diſp. theol. 4. lit. f. & ſeqq.* (h) *l. 14. §. 3. qui & à quib. manumiſſ.* (i) *Nov. 22. c. 8. Luther. in Comm. ſuo in Geneſ. c. 4.* (k) *Matth. 19. verſ. 9. Deut. 24. c. ſunt qui. c. Significaſti x. de divort. C. ex literis x. eod. l. 8. C. de repud. Nov. 117. c. 8. & 9. verſ. ſi quis in ſua. VVeſ. in paratitl. h. t. n. 8. Dd. comm.* (l) *1. Cor. 7. verſ. 15. & 39. 1. ad Timoth. 5. verſ. 8.* idq; à Conſiſtorijs Eccleſiarum Evangelicarum paſſim uſu receptum, rectè ſervari, & deſertæ perſonæ alias nuptias non denegari, tradunt *Schneid. p. 4. n. 46. Beut. p. 2. q. 26. & ſeqq. Treutl. d. diſp. th. fin. lit. c.* (m) *de qub. vid. Treutl. loc. alleg. Mozz. de mod. diſſolv. matrim. n. 65. & ſeqq. Beuſt. d. tract. q. 65. & ſeqq.* (n) *c. ſeculares. 33. q. 2.* tam Secularis quam Eccleſiaſtici. *Bez. d. tract. p. 245. & ſeqq. Borch. Beuſt. & alij Dd. in dd. tract.*

## *Hinc quæritur.*

1. An aliquis relictam viduam fratris defunctæ ſuæ uxoris in uxorem ducere poſsit? *Aff. Schneid. ad h. tit. de arb. affin. n. 13. VVeſ. de grad. n. 17. Beuſt. 2. p. c. 55.*

2. Oſculum impudicum, an præbeat ſufficientem adulterij commiſsi præſumptionem? *Neg. Nov. 117. c 8. verſ. ſi de adult. arg. l. non hoc 4. C. und. legit. Menoch. de præſumpt. 41. n. 33.*

3. Utrum Uxor maritum vagabundum ſequi jure teneatur? *Diſting. vid. Schneid. p. 3. n. 47. Beuſt. de matrim. c. 32. Covar. in Epit. p. 2. c. 7. n. 5. & ſeqq. Treutl. d. diſp. th. 7. lit. 1.*

4. Num naturalis vel accidentalis impotentia eaq; planè incurabilis, cauſam ſeparationi præbeat? *Aff. arg. c. ex literis. de frig. & malef. Mozz. de conjug. sol. 7. n. 44. Beuſt. p. 2. q. 14. & ſeqq. Borch. de gradib. pag. 126. & ſeq.*

5. An ſententia in cauſa matrimoniali lata, tranſeat in rem judicatam? *Diſting. c. lator. ibi Gloſſ. x. de re judic. & ibi Panorm. Beuſt. & Dd. ſuper. allegati. Gail. 1. obſ. 112. n. 1. & ſeqq. Hackelm. illuſtr. quæſt. 14. th. 15. lit. d.*

PRO-

# PROBLEMATA.

1. An ex obligatione naturali detur actio civilis, an ſola exceptio? *Ulp. in l. 7. §. 4. de pact. l. 13. de Condict. indeb. l. 10. ad SCt. Macedon. l. 35. §. ſi autem. C. de donat.*

2. An alterius generis nummos, quam cujus crediti ſunt vel exigere, vel ſolvere liceat? *Pompon. l. 3. & ibi Dd. de reb. cred. l. 19. §. 3. loc. l. 16. & ſeq. C. de ſolut.*

3. Utrum in mutuo Uſuræ debeantur, ſive ex ſtipulatione, ſive ex mora? *Afric. l. 24. de præſcript. verb. l. 17. §. 3. de uſur. l. 1. l. 3. C. d. t. c. 1. & ſeq. de uſur. c. 1. & ſeq. 14. q. 3. Molin. de uſur. in pr. n. 9. & ſeq.*

4. An donatio propter nuptias valeat, necne? *§. 3. Inſt. de donat. l. 19. & ſeqq. C. de donat. ant. nupt. Nov. 119.*

5. Sitne donatio, mortis cauſa, ultima voluntas? & an ſit eadem cum legato? *§. 1. Inſt. d. t. l. 15. l. 37. l. 38. de mort. cauſa. donat. l. 36. de leg. 2. l. fin. C. de donat. Cauſ. mort.*

6. Liceatnè alteri alterum judicio decipere, tanquam inimicum & adverſarium ſuum? & an bonus ſit dolus, quo hoſtem decipimus? *Ulp. l. 1. §. 3. de dolo malo l. 71. §. Titio. de leg. 2. Covar. 2. var. reſol. c. 2. n. 2. Mynſ. 6. obſ. cent. 3.*

7. Iudex utrum ex conſcientia, an ſecundum edita in lite inſtrumenta judicare debeat? *l. 3. l. 13. de teſtib. c. paſtoralis. 28. §. quia verò X. de offic. de legat.*

8. Num impeditus intra fatalia appellationem proſequi in camera Imp. ijs elapſis, reſtitutui debeat? *vid. Mynſ. cent. 5. obſer. 98. Gail. l. 1. obſ. 143.*

PRÆ-

PRÆSTANTISSIMUS ET DOCTISSIMUS DN. RESPONDENS

# JOANNES LEO

ἀναγραμματισθεὶς

## JO! NON E SALE?

OBlectant, SALIBUS quæ ſunt condita facetis:
prodeſt', conſperſum qui SALE pectus habet.
Tu magis oblectas, qui rite SALEMQUE SALESQUE
jungis, JANE: tuo proderis, ecce, SALE.
Dicis: Jo! Nonné urbano SALE multa geruntur?
E SALE multa ſcatent, E SALE multa patent?
Rectè ſic ſentis. Qui diſſeris ore Themiſtis
DE NUPTU, NUPTUM SALQUE SALESQUE dabunt

S.

ὁμολογῶ παίζων συγχαίρων ἔσπευσα

M. PETRUS GOTSKENIUS
S. THeol. Studioſus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn749374632/phys_0017
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn749374632/phys_0018
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn749374632/phys_0019
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn749374632/phys_0020
DFG

confectionem diſtributori, dem *Diſpach* […]tum ſit, propter varias commiſſas in eo con[…]ras, merito dubitatum reperio. Et claude[…]ique has annotatiunculas von der *Diſpache* […] notabilis cujusdam, quod ſequenti §. ex[…] Admiralitatis noſtræ Judicio concluſi, libe[…]

## XVI.

### EXTRACTVS PROTOCOLI ADMIRAL[…]

de 10. Jan. M DC XCV[…]

*Concluſum*, daß Johann Philip[…]ern *injungiret* werde / wann hinfüro ihm […]e zu verfertigen *committiret* / von theils […]aber *inhibiret* werden will / er diejenige / ſo […] mit ihren einzuwendenden *Rationibus* an d[…]tät-Gerichte ſo gleich (id eſt, bey erſter[…]äts-Tage) verweiſen ſoll. (Und fals Contr[…]) ſodann nicht einfinden ſollten / er denno[…]derſprechens ungeachtet / mit der Diſpach[…]ren / ſchuldig ſeyn ſolle.) Quæ ultima in par[…]prehenſa Concluſo quidem expreſſe non […]ntellexere tamen ita & extenderunt eaden[…]RVS de LENGERCKE, J.U.L. Reip. noſtra[…]tor, Conſul hodie, & h. t. Præſes, præclariſ[…]meritus, & DN. JVLIVS HENRICVS SCHAF[…]U. L. olim Secretarius, nunc Senator, itider[…]meritis inſignis, *in Seſſione 28. Maji 1697* […]